

licet *esse*; *esse* procedere ex *non-esse*: quod est culmen absurditatis (1).

Obi. I. — Deus, aut est aliquid determinatum aut est aliquid indeterminatum. Si primum, est limitatum; sin alterum, non existit.

R. — Vox *determinatum* dupliciter usurpari potest: primo modo ad designandam limitationem; altero modo ad designandam distinctionem (Cfr. S. THOMAM, *Quodlib.* VII, a. I, ad 1). Si usurpatur primo modo, Deus dici nequit ens determinatum: nec inde sequitur, ut fingit adversarius, ipsum non existere; quin imo, rationibus paulo ante expositis, non existeret si esset aliquomodo determinatus. Verum si usurpatur altero modo, Deus dici debet ens determinatum, non solum, sed ens determinatissimum; cum enim ipse

(1) « Non posso resistere alla tentazione di riportare qui uno squarcio magnifico di Bossuet (1^a Elevaz.). — Perchè Dio non esisterebbe? Forse perchè è perfetto; e la perfezione è forse un ostacolo all'essere? Errore insensato! per contrario, la perfezione è la ragione di essere. Perchè l'imperfetto esisterebbe e il perfetto non esisterebbe? Vale a dire perchè quello che tiene più del nulla esisterebbe e quello che non ne ha punto non esisterebbe? Che è quello che dicesi perfetto? Un essere cui nulla fa difetto. Che è desso quello che si dice imperfetto? Un essere manchevole di qualche cosa. Perchè l'essere a cui nulla fa difetto, non esisterebbe, anzichè l'essere, cui qualche cosa manca? »

» Si dice: il perfetto non è; il perfetto non è che un'idea del nostro spirito, che si svolge dall'imperfetto, che si vede cogli occhi e giunge ad una perfezione che esiste nel solo pensiero.. Dimmi, anima mia, come intendi tu il nulla se non coll'essere? Come intendi tu la privazione se non per quello, di cui essa è priva? Come la imperfezione se non per la perfezione che non ha? Anima mia, non intendi tu che hai una ragione, ma imperfetta, perchè essa ignora, dubita, erra, si inganna? Ma come intendi tu l'errore se non come privazione della verità; come il dubbio o l'oscurità se non come la privazione della conoscenza e della luce; o come infine l'ignoranza se non come la privazione del conoscimento perfetto; come nella volontà, il disordine ed il vizio se non come privazione dell'ordine, della dirittura e della virtù? Dunque vi è un conoscimento, una scienza certa, una saldezza, una inflessibilità nel bene, una regola, un ordine prima che vi fosse una mancanza di tutte queste cose; in una parola, prima della imperfezione esiste la perfezione: prima del disordine vi dee essere l'ordine..... (BONOMELLI, *Seguiamo la ragione*, vol. I, conf. III).

transcendat omne genus, non solum distinguitur a caeteris entibus numerice, sed distinguitur etiam specificè ac genericè, unde impossibile prorsus sit illum cum aliis quomodocumque confundi.

Inst. — Quicquid in natura existit, modo determinato i. e. limitato existit.

R. — Quicquid in natura existit, modo determinato i. e. limitato existit, si non est *esse* a se, *conc.*, aliter, *nego.*

Obi. II. — Infinitum, si actu existeret, excluderet omne finitum. Sed existunt plurima finita. Ergo.....

R. — Infinitum extensum atque impenetrabile, si actu existeret, excluderet omne finitum pariter extensum atque impenetrabile, *conc.* Verum Deus nec est, nec esse potest infinitum eiusmodi. Ergo.....

Obi. III. — Eo pacto quo repugnat extensum infinitum in actu, ita repugnare debet esse seu perfectio infinita in actu.

R. — *Nego* paritatem. Sane extensum, quia extensum, est compositum; compositum autem repugnat esse infinitum actu, sicut repugnat infinitum oriri ex acervatione finitorum: ex adverso esse per se, esse cuius essentia est esse, necessario est esse purissimum, simplicissimum, absque ulla mixtione non-esse, absque ulla imperfectione, absque ullo limite.

ARTICULUS III.

DE ABSOLUTA DEI SIMPLICITATE

Simplicitas quae Deo competit, non solum excludit compositionem *physicam*, cum *essentialem* (materiae et formae), tum *integrale* (partium quantitativarum); sed excludit quoque compositionem *metaphysicam* actus et potentiae, essentiae et existentiae, naturae et subsistentiae, substantiae et accidentium; nec non ipsam compositionem *logicam* generis et differentiae specificae.

THESIS. — *Deus est absolute simplex.*

Prob. I. — Omne compositum dependet in esse a suis componentibus, quae igitur, si non tempore, saltem natura

erunt priora compositi. Atqui repugnat Deum, videlicet ens cuius essentia est ipsum esse, ens absolute necessarium, ens primum, habere causam sui et esse posterius alicui. Ergo...

II. — Nullum compositum est actus purissimus, siquidem « vel una partium est actus respectu alterius (sic forma est actus respectu materiae, existentia est actus respectu essentiae, substantia est actus respectu naturae...), vel saltem omnes partes sunt in potentia respectu totius » (*S. Th.* I, q. III, a. 7). Iam Deus, cum sit ipsum esse subsistens, est ipsa actualitas, scilicet est actus sine ulla mixtione potentiae, est actus purissimus. Ergo non est ullum compositum, sed est ens absolute simplex.

III. — Omne compositum finitum evadit, nam partes singulae, quia sunt partes, habent perfectionem finitam. Sed repugnat perfectionem infinitam, absolutam, efflorescere ex perfectionibus finitis, relativis; ipsae enim inter se differunt, non tantum gradu, sed tota essentia. Ergo... (1).

Schol. — Circa absolutam Dei simplicitatem occurrit specialis difficultas trium divinarum Personarum. At difficultas haec, quippe quae procedit a mysterio stricte dicto, excedit metaphysicam considerationem. Sufficiat igitur in

(1) « Il concetto dell'infinito implica essenzialmente la negazione di limiti; il concetto del finito implica essenzialmente di limiti l'affermazione. Ora, aggiungiamo un finito ad un finito; e per quanto ci aggrada di andare all'infinito in queste addizioni, non altro potrem fare che aggiungere finito a finito, vale a dire limiti a limiti. Ma ripugna manifestamente che i limiti possano formare l'illimitato, come manifestamente ripugna che i zeri, anche moltiplicati all'infinito, ci diano l'unità. Il Locke (et cum ipso omnis pantheista, monista, evolutionista, atheus, omnis scilicet qui veram Dei naturam non agnoscit aut Deum aperte inficiatur, et nihilominus de infinito loquitur idque verbis saltem admittit), per imperdonabile errore, ha confuso l'infinito coll'indefinito; l'infinito, come già si è detto, dice negazione di limiti, e consequentemente incapacità metafisica di venire comechessia esaurita per enumerazione di parti, perciocchè tutto ciò che è esauribile non è senza limiti; all'incontro l'indefinito ha necessariamente limiti (quantunque non esiga di natura sua avere questi o quei limiti determinati) e per ciò stesso è suscettibile di aumento e di diminuzione senza che ne scapiti punto la sua natura » (ZIGLIARA, *Della luce intellett.*, v. I, n. 99).

Theologia naturali observare quod, si fides nos docet tres divinas Personas realiter inter se distingui, ipsamet fides nos docet easdem Personas realiter non distingui a divina essentia; unde sequitur in Deo tres esse personas, et tamen nullam compositionem. « Proprietas personalis, comparata ad Essentiam, non differt ab re ipsa... Unde relinquitur ibi (in essentia divina) tres esse res (Personas), et tamen nullam compositionem » (*S. Thom.*, I Sent., Dist. VIII, q. 4, a. 1).

Coroll. I. — Sapientissime agitur cum, ut Deus discriminetur ab aliis entibus, dicitur ipsum esse *spiritum purissimum*. Hac enim locutione innuimus Deum, non tantum a se arcere potentialitatem propriam materiae, omnemque dependentiam, etiam intrinsecam, ab ipsa; sed arcere a se omnimodam potentialitatem, omnimodam dependentiam, atque ita praecellere ipsis Angelis.

Coroll. II. — Deus proprie definiri non potest, omnis namque definitio fit per genus et differentiam specificam. At « sub gradu generico concipimus perfectionem, quae sit in potentia ad aliam perfectionem, scilicet ad perfectionem specificam, et quae proinde involvat in ipso suo conceptu limitationem. Pariter sub differentia concipimus perfectionis gradum, qui non includit perfectionem generis, multoque minus includit perfectionem infinitam, sed ex propria sua ratione limitatus est. Ergo tam genus quam differentia intelligitur ut aliquid incompletum et ut pars complenda. Ergo dum concipimus compositionem ex gradu entis specifico, eo ipso intelligimus ens tam secundum unam, quam secundum alteram rationem limitatum. Ergo etiamsi divinae perfectioni et simplicitati non repugnet quaevis distinctio perfectionum, quae sit tantum secundum rationem et nostrum modum intelligendi, repugnat tamen haec distinctio per rationes ex sua intestina indole limitatas, quales sunt in compositione ex genere et differentia » (FRANZELIN, *De Deo uno*, Sect. III, th. XXVI).

Coroll. III. — Distinctio, quae fieri solet inter nomina seu perfectiones Dei, non est *realis*, sed *virtualis*: est scilicet distinctio rationis cum fundamento in ipsa essentia Dei, quae etsi absoluta simplicitate gaudet, nihilominus, cum sit

infinite perfecta, aequivalet omnibus perfectionibus creatis et creabilibus. « Pluralitas istorum nominum, non tantum est ex parte intellectus nostri formantis diversas conceptiones de Deo, sed etiam ex parte ipsius Dei, in quantum scilicet est aliquid in Deo correspondens omnibus istis conceptionibus, scilicet plena et omnimoda ipsius perfectio » (I Sent. Dist. II, q. I, a. 3).

Coroll. IV. — Deus non est ens unicum *monistarum*, etenim: — 1) ens huiusmodi certo esse deberet *a se*, ideoque esse deberet ipsum esse per se subsistens, infinitum, simplicissimum, et nihilominus (supponendo, cum idealistis, extensionem omnemque compositionem physicam non esse nisi figmentum mentis nostrae) saltem constare deberet actu et potentia, substantia et accidentibus, ut locum praeberet necessariis suis evolutionibus; — 2) unitas inter omnia quae existunt invenitur tantum in mente nostra, quatenus, idea unica, abstractissima et universalissima, *entis*, omnia complectimur, atque imperfectissimo modo nobis repraesentamus (Cfr. pag. 181).

Coroll. V. — Mundus et materia mundi, etiam utpote quae sunt undequaque composita, nullo modo confundi possunt cum simplicissimo esse Dei (1).

(1) « Dio è per se stesso, perchè è il primo essere; ma domando ancora, chi è desso? Non immaginate, o Signori, un vasto complesso di tutte le esistenze: l'essere primo debb'essere semplice, appunto perchè è il primo. Nulla lo precede: egli è la causa di tutto, egli non può non essere, perchè tutto dipende da lui, mentre che il composto è necessariamente posteriore alle parti che lo compongono, e dipende dalla loro natura e dall'ordine loro; il composto non forma una cosa sola se non perchè gli elementi diversi, che lo costituiscono, sono ridotti all'unità da una forza superiore e precedente che regge il moto e l'ordine. Finalmente, il composto può non essere. Indietro adunque i corpi colle loro debolezze: l'ultima delle esistenze non può aspirare agli onori del primato. Il corpo, sia quanto si voglia grande, prezioso, bello, è vil cosa allorchè lo confronto alla forza misteriosa che sento in me stesso; forza attiva e indivisibile, senza la quale il più magnifico dei corpi, il corpo umano, vede disciogliersi le meraviglie del suo organismo. O membra mie, che fareste voi se il mio spirito non vi comunicasse ad ogni istante il moto che vi arriva? O mio petto, come respireresti tu, se il mio spirito non aprisse le porte per le quali l'aria si precipita?

Obi. I. — Esse compositum melius est quam esse simplex, nam corpora mixta sunt meliora elementis, organica inorganicis, etc. Atqui Deus non est ens quo nihil melius cogitari potest. Ergo...

R. I. — *Dist. mai.* Esse compositum melius est quam esse simplex, quando agitur de creaturis, *trans.*; quando agitur de Deo, *nego.* Creaturae, ut quae habeant perfectionem finitam, per additionem aliarum perfectionum ideoque per compositionem, meliores fieri possunt: verum Deus, ut qui sit infinite perfectus, nullam additionem, compositionem nullam patitur; et si quam pateretur, aut solum pati posset, iam privaretur infinitate sua.

II. — *Dist. iterum mai.* Esse compositum melius est quam esse simplex, cum simplex nequit habere per se solum perfectionem compositi, *conc.*; secus, *nego.* Profecto organica sunt meliora inorganicis; mixta, elementis; corpora omnia, principiis substantialibus quibus coalescunt; sed omnis vis eo magis intensa est, quo minus extenditur; formae substantiales non subsistentes eo magis excellunt, quo minus sunt multiplices potentia et divisibiles per accidens; animae intellectivae, una virtute intellectus, attingunt quidquid et amplius quam sensitivae attingant cunctis sensibus; ipsi quoque Angeli eo sunt altioris ordinis, quo paucioribus speciebus universalitatem rerum apprehendunt. Merito igitur Aquinas notat simplicitatem per se non esse causam nobilitatis, sed perfectionem entis quod dicitur simplex. « Sim-

Ove andresti tu, sangue mio, se il mio spirito non guidasse per tutte le vie del labirinto, nel quale le onde tue purpuree non si smarriscono giammai? E voi, occhi miei, come vedreste voi, se il mio spirito non conservasse la chiarezza de' vostri specchi mobili e non afferrasse le immagini, che vi si dipingono? E tu, lingua mia, come parleresti, se il mio spirito non preparasse le parole, che tu devi pronunciare, e non guidasse tutti i tuoi movimenti? Ah! povero corpo, senza il mio spirito tu non sei nulla. S'egli ti abbandona, tu cadi miseramente; le tue membra fredde e livide, disfacendosi, diventano oggetto di orrore: tutto se ne va, perfino le tue ossa, e tutto si disperde in un'arida polvere.

» Dunque, o Signori, lo spirito è prima del corpo, e per conseguenza l'essere primo è spirito — *Spiritus est Deus* » (MONSABRÉ, op. cit., conf. VIII.)

plicitas per se non est causa nobilitatis, sed perfectio; unde ubi perfecta bonitas in uno simplici invenitur, simplex est nobilior quam compositum; quando autem e contrario simplex est imperfectum, compositum vero perfectum, tunc compositum est nobilior quam simplex, sicut homo est nobilior terra » (IV Sent., Dist. XI, q. 2, art. 1, ad 1).

Obi. II. — Ens simplicissimum est ens in communi, universale, quod non nisi in mente nostra extare potest. Atqui Deus non est ens huiusmodi. Ergo...

R. — *Dist. mai.* Ens simplicissimum simul et indeterminatissimum, imperfectissimum, est ens in communi, universale..., *conc.*; ens simplicissimum simul et determinatissimum, perfectissimum, est ens in communi, universale..., *nego.* Simplicitas Dei et simplicitas entis in communi, universalis, sunt res admodum diversae. Illa enascitur ex ipsa perfectissima natura Dei, quae, cum sit infinita actu, omnes perfectiones possibles, absque ullo limite, absque ulla reali distinctione et compositione, in se continet; altera vero enascitur ex operatione mentis nostrae abstrahentis ab omnibus perfectionibus determinatis, quae inhaerent vel inhaerere possunt entibus singulis, ut unice attendat perfectioni entis in universum (1).

(1) « L'essere, ch'è il primo e l'ultimo del processo astrattivo, è conseguentemente il più semplice nel giro del processo astrattivo. Esso è il più semplice, perchè il suo concetto non inchiude altro che l'elemento più semplice pensabile in ogni cosa. Per opposto, l'essere, ch'è il primo assolutamente, è semplicissimo, perchè non essendo altro che l'Essere, esclude ogni aggiunzione di determinazioni perfezionanti, sendo ogni possibile perfezione già contenuta nella sua essenza, ch'è schietta attualità. Se la perfezione presuppone l'attualità, perchè niente è perfetto che non sia in atto ciò che può essere; come volete che l'essere, il quale è l'attualità schietta, possa ricevere una determinazione, la quale lo perfezioni? Le determinazioni perfezionanti suppongono l'essere imperfetto che esse hanno a perfezionare; e l'imperfezione dell'essere sta nella potenzialità di esso. Dov'è attualità, ivi è perfezione; e dov'è perfezione, ivi è rimosso il fondamento, che viene presupposto dalle determinazioni perfezionanti. Onde Dio, la cui esistenza è identica all'essenza, è insieme il determinatissimo e l'infinito. La semplicità, dunque, che l'essere ha nel pensiero astrante per ciò stesso che importa, che quell'essere debba ricevere nuove determinazioni per concepirsi esistente, presuppone la sua finità, dove il semplicissimo nell'ordine assoluto con pari evidenza la esclude » (PRISCO, op. cit., art. IV, n. V).

Obi. III. — Repugnat ens simplicissimum esse causam primam omnium.

R. — Repugnat ens simplicissimum simul et imperfectissimum proprium phantaeistarum, evolutionistarum, etc., esse causam primam omnium, *conc.*; ens simplicissimum simul et perfectissimum, proprium theistarum, *nego.* *Ex nihilo nihil*, seu, quod in idem recidit, *nemo dat quod non habet*. Si ergo cum pantheistis, evolutionistis, etc., imaginamur causam primam omnium esse ens simplicissimum simul et imperfectissimum, directe impetimus principium causalitatis.

Obi. IV. — Persaepe dicitur, vel ab ipsis Scholasticis, creaturas *participare* bonitatem h. e perfectionem Dei. Ergo etiam in conceptu Scholasticorum creaturae sunt *partes* quaedam essentiae divinae.

R. — *Dist. antec.* « Creaturae non dicuntur divinam bonitatem *participare*, quasi *partem* essentiae suae, sed quia *similitudine* divinae bonitatis in esse constituuntur, secundum quam non perfecte divinam bonitatem imitantur, sed ex parte » (II Sent., Dist. XVII, q. 1, a. VI, ad 1).

Obi. V. — Sacra Scriptura tribuit Deo humana membra et proprietates corporum. Ergo...

R. — *Dist. antec.* Sacra Scriptura tribuit Deo humana membra et proprietates corporum vere et proprie, *nego*; metaphorice, ad significandam v. g. per oculos cognitionem, per manus operationem, per magnitudinem immensitatem Dei, *conc.* Ipsa Scriptura de hac re nos admonet, inquiens: *Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo et tu videbis?* » (IOB, 10, 4).

ARTICULUS IV.

DE ABSOLUTA DEI IMMUTABILITATE.

Ens duobus modis mutari potest: *proprie* et *intrinsece*, quatenus acquirit vel amittit aliquam perfectionem; *improprie* et *extrinsece*, quatenus acquirit vel amittit solum aliquam relationem ad alias res quibus evenit propria mutatio (Cfr. *Ontol.*).

Immutabilitas, quae nunc de Deo praedicatur, arcet a Deo omnem mutationem propriam atque intrinsecam, sive quoad esse (mutatio *physica*), sive quoad operari (mutatio *moralis*), non autem mutationem impropriad atque extrinsecam.

THESIS. — *Deus est absolute immutabilis.*

Prob. I. — Quidquid mutatur, ideo mutatur quia non est ipsum esse subsistens, sed est esse permixtum non-esse; non est actus purissimus, sed est actus una cum potentia. Iam Deus est ipsum esse subsistens, est actus purissimus. Ergo...

II. — Infinitum repugnat ulli mutationi obnoxium ire. Re vera, quod mutatur, aut mutatur ut aliquid adipiscatur, aut mutatur ut aliquid amittat. Sed neutrum infinito evenire potest: non primum, quia imperfectionem quandam subaudit; non alterum, quia imperfectio quaedam est imperfectionemque affert. Infinitum igitur est prorsus immutabile. Atqui Deus infinitate gaudet. Ergo...

III. — Quod mutatur pluribus constare debet, quorum unum maneat, alterum vero desinat. « Omne quod movetur (mutatur), quantum ad aliquid manet, et quantum ad aliquid transit; sicut quod movetur de albedine in nigredinem, manet secundum substantiam, et sic in omni quod movetur, attenditur aliqua compositio. Ostensum autem est, quod in Deo nulla est compositio » (S. Th., p. I, q. IX, a. 1). Ergo...

Coroll. I. — Mundus et materia mundi, etiam utpote quae perpetuas mutationes subeunt, nullo modo confundi possunt cum immutabilissimo Deo.

Coroll. II. Turpiter errant *evolutionistae* omnes qui docent *absolutum, infinitum, simplicissimum*, per se ipsum determinari seu limitari, atque his suis limitationibus res varias constituere (1).

(1) « *Esso (Absolutum) non può essere limitato da altro, chè in tal caso non sarebbe più assoluto ma relativo* ». In verità, che gli è quasi un trasognamento il leggere cotali parole, seguite poi di lì a non molto

Coroll. III. — Haud minus turpiter errabant antiqui *emanatistae* (Orientales Indi, Aegyptii et Persae, philosophi Neo-platonici, et Gnostici haeretici primae Ecclesiae aetatis) arbitrati omnia quae sunt, sive spirituali sive corporea natura, ex *absoluto* et *infinito* emanasse per modum generationis aut per modum effluentiae sicut rivus ex flumine.

Obi. I. — Deus non ab aeterno mundum animasque nostras creavit. Ergo ex non-creante factus est creans nempe mutatus est.

R. — *Dist. antec.* Deus non ab aeterno creavit mundum

da quelle altre, che ci annunziano nell'assoluta sostanza un continuo e indefinito *passare* da una forma all'altra, un continuo e interminabile *prodursi* e *riprodursi*, e diventare da *infinita, finita*; da *assoluta relativa*. Ma se il ciel vi salvi, se l'assoluto non può essere limitato da altro, perchè lo renderebbe relativo, non accade egli ciò stesso quando limiti se medesimo, e determini, e si renda *finito* e *relativo*, a dir così, colle proprie mani? Salvo solo, che in questa seconda maniera, l'assurdo e la repugnanza è recata al *non plus ultra* dalla umana imbecillità. Rechiamo nella più volgare moneta l'argomento. Eccovi qui un masso di materia qualunque, silicea, calcarea, terrosa. La sostanza intima di essa, alla quale come a subbietto si adattano le forme che voi vedete, toccate, assaggiate ecc. è *l'assoluto stesso*, il quale benchè *infinito* e *illimitato* per essenza si trastulla a limitarsi e rinchiudersi in quelle forme accidentali e sensibili. Dite il medesimo di ogni altra finita cosa esistente. Or bene, riflettiamo noi. Il limitare se stesso significa circondare di confini la propria attività; far sì ch'ella si eserciti entro quelle speciali determinazioni e limitazioni prescelte. Ora ciò è direttamente l'opposto e il contraddittorio dell'*attività infinita*, quale dev'essere nella sostanza assoluta. *Attività assoluta*, significa, per l'appunto, esclusione, impossibilità piena ed eterna, di qualsiasi restrizione, di qualsiasi determinazione e limite nel suo subbietto. Il prof. D'Ercole adunque (idem dicendum de reliquis pantheistis), non già i seguaci del teismo, è colui che trasporta nell'assoluto le meschine condizioni dell'antropomorfismo: egli è che rende affatto repugnante e impossibile il concetto dell'assoluto. I teisti riconoscono in questo *l'assoluta e infinita attività*, siccome l'*infinita e assoluta sostanza*: ma tutto il finito ed il relativo tengonlo costantemente alieno e diverso da lui. Ed è alla fine di preservare la *infinità* e *l'assolutezza* di tale attività, che ne estendono la energia e la potenza alla *creazione dal nulla*: senza la quale *l'attività* dell'assoluto, ristretta alla semplice produzione di *modalità* e *forme accidentali*, non si diverserebbe per nulla dall'attività relativa delle cose e sostanze finite » (CAROLI, op. cit., n. 14).

animasque nostras, si respicimus terminum seu effectus actionis eius creatricis, *conc.*; si respicimus actionem ipsam creatricem, *nego.*; etenim quidquid Deus producit, actu unico voluntatis suae producit, qui est aeternus sicut et ipse aeternus est. — *Dist.* pariter *conseq.* Cum mundum animasque nostras Deus creavit, mutatus est extrinsece, quatenus acquisivit denominationes, relationes novas (*logicas* i. e. rationis) cum creaturis, quae prius dumtaxat in ipsius mente existebant, postea vero in natura quoque extiterunt, *conc.*; mutatus est intrinsece, quatenus ex potentia ad actum volendi existentiam creaturarum transierit, *nego.*, quia, ut paullo ante inuimus, actus voluntatis, quo Deus producit creaturas, est ei coaeternus.

Inst. — Si quod Deus producit, producit actu unico atque aeterno voluntatis suae, cur creaturae non omnes simul atque ab aeterno productae fuerunt?

R. — Quia illo ipso actu voluntatis quo Deus decrevit productionem creaturarum, decrevit etiam ipsas creaturas produci, non ab aeterno, sed in tempore, et non omnes simul, sed alias post alias. « Ab aeterno », ait ad rem S. Bonaventura, « voluit (Deus) producere tunc, quando produxit; sicut ego nunc volo cras audire Missam » (2 Sent., Dist. I, p. 1, q. 2). Et Suarez: « in actione illa (creationis) duo possunt considerari: unum est *esse* illius; aliud est actualis efficacia eius, seu quod passionem inferat actualiter; quoad primum, aeterna est; quoad secundum vero, minime, quia illa actio tantae est nobilitatis et perfectionis, ut non inferat seu ponat suum terminum, nisi quando vult operans » (*Metaph.*, disp. XX, sect. V, n. 8).

Obi. II. — Cum Deus assumpsit humanam carnem mutatus est.

R. — Mutatus est extrinsece, nimirum quatenus acquisivit novam relationem ad naturam humanam, *conc.*; intrinsece, *nego.* In incarnatione divina omnis propria seu intrinseca mutatio evenit humanitati, quae assumpta est ad participandam personalitatem Verbi Dei. Deus nullo modo in se mutatus est, quippe, cum omnem humanitatis perfectionem eminenter in se iam contineret, nihil novi acquisivit. Verum de his plenius in Theologia dogmatica.

Obi. III. — Deus, operando miracula, derogat legibus naturalibus, quas ipsemet ab aeterno tulit. Atqui Deus non potest derogare legibus, quas ipsemet tulit, nisi immutando voluntatem suam. Ergo...

R. — *Conc. mai.*, sed *nego min.* et *cons.* Enimvero Deus, illo ipso actu voluntatis quo ab aeterno tulit leges naturales, ab aeterno etiam statuit derogationes ab iisdem legibus subeundas; et, ideo, quum miracula patrantur, nedum immutetur divina voluntas, adamussim impletur.

Obi. IV. — Si Deus est prorsus immutabilis, inutiles evadunt orationes quibus homines nituntur mutare dispositiones eius erga ipsos.

R. — Homines orant, non ut mutantur dispositiones Dei erga ipsos, sed ut ipsi mereantur accipere quod Deus ab aeterno disposuit illis donaturum esse propter eorum orationes. « Ex divina providentia non solum disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, et quo ordine proveniant. Inter alias autem causas sunt etiam quorundam causae actus humani. Unde oportet homines agere aliqua, non ut per suos actus divinam dispositionem immutent, sed ut per actus suos impleant quosdam effectus secundum ordinem a Deo dispositum. Non enim propter hoc oramus, ut divinam dispositionem immutemus, sed ut id impetremus, quod Deus disposuit per orationes esse implendum; ut scilicet *homines postulando mereantur accipere quod eis Deus omnipotens ante saecula disposuit donare* », ut ait D. Gregorius » (*S. th.*, p. 2^a 2^{ae} q. LXXXIII, a. 2).

Obi. V. — Vere mutatur ille quem facti sui poenitet. Sed iuxta Scripturam (*Genes.* VI, 6): « *Poenituit Deum quod hominem fecisset* ». Ergo...

R. — *Dist. mai.* Vere mutatur ille quem facti sui poenitet proprie, *conc.*; metaforice, *nego.* — Item *dist. min.*... Iuxta Scripturam poenituit Deum proprie, *nego.*; metaforice, *conc.* et *nego cons.* — Cum Deus, genus humanum diluvii fluctibus obruendo, eodem modo se gesserit ac si doloris sensus affectus fuisset suamque pristinam voluntatem revocasset, Scriptura, quae ad hominum morem et captum sese accomodat, Deum poenituisse dicit. Sed ipsa Scriptura plu-